

rumpuntur aeli et varia aduersitate tempestates
oriuntur non perhorrebit, sed ubiq; fidelis, ubiq;
dominum suum deserens, quam fidem si confirmarem
ingens mouerem fastidium, nihilominus propter
oratore[m] illum eximium qui nuper tam bene
meriti animalis laudes obrutilare conatus est,
proferam pauca, sed quid Apulogii canem et Eupolidij
appellem, qui sacrilegum et fabularu[m] furem
prodidit et interfecit? quid Jasonis Theu[m] cabulu[m]
nominem, qui conspecto domini sui caduere et ei
non superuixeret omni cibo abstinuit? praeterea
Cantippi Atheniensis canem, qui ut a domino suo
fugiente non segregaretur maria perstratus
in Salaminem secutus fuit, non dico canes Argis
Helimachi et Hieronis amore erga dominos inflamatos
non tantum partem corporis cum Mutio illo
Romano sed sepe totos in ardentis rogos coniecisse.
sileo, quod nisi diuus Ambrosij Romane Ecclesie
fidus et columna restaretur, nec animu[m] sane
inducerem canem illum clarissimi fidelitatis